



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

344. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

nem posituros in conspectu Dei , & nisi eas fi-  
deliter pauperibus & his qui præmissi sunt ad-  
ministraverint , damna\* patiendos. Qualiter  
verò dispensari debeant , canones sancti insti-  
tuunt ; scilicet ut quatuor partes inde fiant,  
una ad fabricam Ecclesiæ relevandam , altera  
pauperibus distribuenda , tertia Presbytero  
cum suis Clericis habenda , quarta Episcopo  
reservanda , ut quicquid exinde juss erit , pru-  
denti consilio fiat.

Si Episcopus aut Presbyter rem Ecclesiæ  
quocunque ingenio alienare præsump-  
serit. *Ex Concilio Bracarense.*

Concil. Bra-  
car. 2. c. 17.  
Burchard. lib.  
3. c. 179.

C C C X L I I . Si quis Presbyter aut Dia-  
conus inventus fuerit de ministeriis Ecclesiæ  
aliquid venundasse , quia sacrilegium commi-  
sit , placuit eum in ordinatione Ecclesiæ non  
haberi. In judicio tamen Episcopi dimitten-  
dum est siue dignus sit siue indignus in suo re-  
cipi gradu.

Ut nulli Præfulti possessionem magnam vel  
parvam Ecclesiæ liceat in perpetuum alie-  
nare. *Ex decretis Symmachii Papæ.*

Concil. Ro-  
man. 3. sub  
Symmacho  
c. 4.

C C C X L I I I . Ut nulli apostolicæ sedis  
Præfulti liceat prædium rusticum , quantæcum-  
que fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis , sub  
perpetua alienatione vel commutatione ad cu-  
juslibet jura transferre. [ *Vide Concilium Pa-  
riense lib. 1. cap. 17.* ]

De eadem re. *Ex eodem.*

Ex eod. Conc.  
Rom. c. 5.

C C C X L I V . Sancte domus in quibuslibet  
urbibus

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 161  
urbibus constitutæ , quarum statum necesse  
est expensa non modica sustentari , acceptis,  
si offerri contigerit , sub justa æstimatione re-  
ditibus & divini timore judicij commutentur.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCXL V. Quicunque Presbyter de ju- Ex eod. Conc.  
re Tituli sui quolibet modo , præter aurum , Rom. c. 6.  
argentum , vel gemmas , vestes quoque , si Burchard. lib.  
sunt , vel si accesserint aliqua mobilia ad orna- 3. c. 180.  
menta divina minimè pertinentia , aliquid in  
perpetuum alienare tentaverit , donator , alie-  
nator , ac venditor honoris sui amissione mul-  
tentur.

*Item cap. vi.*

CCCXL V I. Præterea qui rem Ecclesiæ Ex eod. Conc.  
petierit & acceperit , vel qui Presbyterorum Rom. c. 7.  
aut Diaconorum seu Defensorum danti sub-  
scriperit , quo iratus Deus animas percutit  
anathemate feriatur.

Ut Presbyteri non vendant rem Ecclesiæ  
ubi sunt constituti. *Ex Concilio*  
*Carthaginensi.*

CCCXL VII. Item placuit ut Presby- Concil. Car-  
teri non vendant rem Ecclesiæ ubi sunt consti- thag. c. 33.  
tuti , nescientibus Episcopis suis ; quomodo & Burchard. lib.  
Episcopo non licet vendere prædia Ecclesiæ 3. c. 178.  
ignorante concilio & Presbyteris suis. Non  
habentem autem necessitatem nec Episcopo  
liceat Ecclesiæ rem Tituli sui usurpare. [ *Le-*  
*gendum* , liceat matricis Ecclesiæ nec Presby-  
tero rem &c. ]

L